

of *Winchester*. *Mich. Wood*, in his *Epistle* before *Steph. Gardiner's Oration de vera Obedientia*, printed at *Rhoan*, 1553. gives another Evidence of the **Burning**. And *William Bullein*, a Physician in the Reign of *Queen Eliz.* in a Book he publish'd, call'd *The Bulwark of Defence, &c.* printed in 1562. bringing in *Sickness* demanding of *Health* what he should do with a Disease call'd the *French Pockes*, *Health* answers, " He would not that a-
 ny should fishe for this Disease, or to be bold when
 he is bitten to thynke thereby to be helped, but ra-
 ther to eschewe the Cause of thys Infyrmyty, and
 filthy rotten **Burning** of *Harlots*."

I believe, by this time, I have sufficiently prov'd what I propos'd, that the first Degree of the Venereal Disease was very anciently known among us, under the Title of **Burning**; and that you may lose no more Time at present upon this Subject, I shall reserve my Collections, which shew that the Disease, when it came to be confirmed, was no Novelty here in those early Times, for a further Opportunity, and detain you no longer than to express my Pleasure in professing my self, *Yours, &c.*

London, Feb. 4.
 1717-18.

Will. Beckett.

V. *Accuratarum Observationum Astronomicarum, au-
 no superiore & currente, cum Reg. Societate com-
 municatarum Sylloge.*

INterest sanè Scientiæ ne pereant Observata Astrono-
 mica, debita curâ fidisque Instrumentis ab Artifi-
 cibus idoneis cælitus deprompta: Hoc enim solo
 fundamento nititur Urania practica. Itaque in his *Trans-
 actionibus,*

Qqqqqq

actionibus, per plusquam quinquaginta annorum curriculum, passim sparguntur hujus generis Notæ. Ausim tamen spondere vix ullas unquam reperiri posse Observaciones quæ certitudine eas quas nunc damus vincant, ne dicam quæ pares sint, utpote Tubis prælongis ac Micrometris præter solitum affabre factis menlurata. Cape igitur primo.

Planetarum Observaciones.

Anno 1717. *Aprilis* 15°. 9^h 49' T. æq. observavit D. Pound apud *Wansled*, *Jovem* jam revertum ad stellam illam, quam *Novemb.* 22°. 1716. manè corpore suo ternerat, de qua vide N^o 350. *Phil. Transact.* pag. 508. *Jovis* autem centrum tum temporis distabat ab ea Stella (quæ tertia est Geminorum in *Catalogo Britannico*) 23' 22" boream versus; simulque ab alia vicinâ, quæ quarta est Geminorum in dicto *Catalogo*, 27' 11". atque huic fere conjunctus erat planeta.

Aprilis 25^o sequente, eodem observatore ac loco, 10^h 3' T. æq. *Jupiter* apud quatuor Fixas exiguas visus est, eas omnes præcedens, & in ipso quasi principio *Canceri*. Centrum autem planetæ distabat ab *e* 13' 00", ab *b* 13' 50", ab *f* 19' 53", & à *g* 9' 27".

Postridie vero *Apr.* 26°. 9^h 7' *Jovis* centrum distabat ab *e* 8' 35", ab *f* 9' 00", à *g* 4' 5", & ab *b* 13' 50". Jamque præterierat omnes præter *f* ad quam tendebat, quamque parum admodum die crastino infra se relinquere debuit.

Eodem fere momento, horâ scil. nonâ, *Londini* visa est stella *g* in vertice *Trianguli Isoscelis* ac fere *Hopleuri* cum *Jovis* centro ac tertio *Satellite*. tum *tex Jovis* diametris ad occasum distante, nisi quod parum admodum base longiora erant crura; ac intra quadrantem horæ,

horæ, angulus ad *Jovis* centrum, qui prius major erat angulo ad Satellitem, factus est eo sensibilibiter minor.

Tres autem Stellæ *h*, *g*, *e*, sunt 10^{ma}, 11^{ma}, & 12^{ma} Geminorum in *Catal. Britan.* juxta quem tum temporis situm habuere, *h* in \odot 0° 22' 55", cum Latit. Borea 0° 11' 25". Et *g* in \odot 0° 28' 25". Lat. Bor. 0° 3' 40". *e* vero in \odot 0° 29' 20" cum Lat. Aust. 0° 8' 05". Distat autem quarta *f* à Stella *g* 11' 40", ab *e* 12' 50", ac denique ab *h* 20' 36", unde constabit locus ejus. Ex his manifestum est *Jovem* Latitudinem habuisse parvam admodum Borealem, nec semiminato majorem, saltem si dictis stellarum locis habenda fides. Hæc posteris usui esse possunt definiendo Nodorum *Jovis* motu, si quem habeant.

Ejusdem anni Junii 18^{to} 10^h Londini, in ædibus Societatis Regiæ, visus est *Saturnus* Stellæ fixæ Telescopicæ admodum propinquus, à qua vix distabat ad Austrum una Annuli diametro, & normalis in lineam Anserum à Stella demissa incidebat in medium Anseræ orientalis. Fixa hæc parvula nullique Catalogo adscripta tunc habuit \approx 12° 58' $\frac{1}{2}$ cum Lat. Bor. 2° 33' proximè; comitemque habet sibi adjunctam ac luce æqualem, quatuor minutis ad ortum distantem, ac paulò australiorem, unde facile dignosci poterit, locusque ejus si cui libeat verificari.

Eadem nocte 10^h 30' *Mars* visus est prope Stellam quæ præcedit 35. *Scorpii*, à qua distabat Tubo 24 pedum mensurata 7' 16"; idque in recta per claram in pede Ophiuchi θ & dictam Stellam producta. Hæc autem Stella præcedit 35. *Scorpii* 30' 27" Asc. Rect. eaque Australior est 2' 28", unde fit locus ejus tum temporis *Sagitt.* 15° 24' 20" Lat. Aust. 3° 59' 25". Sed θ Ophiuchi tunc habuit *Sagitt.* 17° 28', & Lat. Aust. 1° 47' 38". *Mars* itaque Stellam præcedebat Longitudine 4' 58"; australior ea 5' 30".

Deinde Sept. 13^o 8^h 5'. T. æq. *Mars* visus est à Dom. Pound præcedere claram in humero *Sagittarii* σ 11' 54" Asc. Rect. simulque borealior erat Stellâ 22' 56". Hora 8ⁿ 25' erat distantia Planetæ à Stella 25' 00" accuratè.

Decemb. 5. 18ⁿ 30'. T. æq. consensu sæpius repetitarum observationum, invenit D. Pound *Saturnum* præcedere Telescopicam claram sibi vicinam 27' 19" Asc. Rect. Stellaque australiorem esse 1' 59". Simul *Saturnus* præcedebat α in *Syrmate Virginis* 1^o 25' 23", eâque australior erat 4' 05". Hinc *Saturni* locus *Libra* 29^o 16' 21". Lat. Bor. 2^o 22' 21". Telescopica autem tunc habuit *Libr.* 29^o 40' 56". Lat. Bor. 2^o 33' 43".

Anno 1718. Jan. 7. 5^h 30'. T. æq. *Venus* apud duas Steilas in *Catal. Britan.* omittas observata est. Erat autem Planeta utrâque Fixâ Borealior, distans à præcedente 32' 30", à sequente 17' 30". Stella præcedens tunc habuit *Pisc.* 14^o 42' 20", cum Lat. Aust. 0^o 40' 10"; altera vero sequens *Pisc.* 15^o 21' 55", Lat. Austral 0^o 27' 15", prout ex observationibus D. *Flamstedii* colligere licet.

Jan. 15. 8ⁿ 00', T. æq. *Jupiter* præcedebat η in pectore *Cancri* 3^o 30' 50" Asc. Rect, fixâque Australior erat 14' 15". Hinc provenit *Jovis* locus *Canc.* 28^o 20' cum Latitudine Borea 0^o 36' 45".

Martii 11. 10ⁿ 36', T. æq. *Saturnus* præcedebat α in *Syrmate Virginis* 18' 51", eâque Fixâ australior erat 5' 23. Hinc fit Locus *Saturni* *Scorp.* 0 18' 34" cum Lat. Bor. 2. 44' 8". Posito scilicet, juxta *Catal. Britan.* α *Virginis* occupare in 0. 24' 10", cum Lat. 2 55' 40". Eadem nocte 1^h 00' *Westmonasterii* observarunt DD. *Desaguliers* & *Cray* *Saturnum* præcedere Stellam 19' 00", cum declinatione majore in Austrum 4' 45".

April 8. 11ⁿ 30' *Londini* visus est *Saturnus* nuper *Acronychus* parum admodum occidentalior Telescopicâ clarâ, eâdemque 5 minutis borealior. Unde Fixæ locus

Libra

Libra 28. 18' 30" Lat. Bor. 2. 41'. Circulus autem magnus per hanc Stellam & *Saturnum* ductus dirigi videbatur ad Stellam 5^{te} magnitudinis in *Catal. Brit.* omiffam, fed quæ *Hewelio* est in *cuspidè Alæ Boreæ Virginis*, cuique locum assignat *Libr.* 26. 10', cum Lat. 14. 43' Bor.

Eadem nocte 13^h 20', apud *Wansted*, perpendiculum à dictâ Stella Telescopicâ in lineam Anfarum *Saturni* demiffum præcedebat centrum planetæ quasi sesquialtera diametro annuli; aberat autem Stella ad Austrum ab Anfarum axe 4' 30". Simul Anfæ orientalis extremitas deprehensa est in linea rectâ inter hanc Stellam & aliam eidem quasi longitudine conjunctam, quæ tunc à *Saturno* distabat 24' 48" versus Boream. Locus autem prioris Stellæ tunc fuit *Libr.* 28. 18' 30" cum Lat. Bor. 2. 41' proxime.

Sept. 7. circa meridiem incidit conjunctio *Jovis* & *Veneris* arctissima, cujus quidem spectaculum Astronomis nostris inviderunt Nubes. Die autem sexto præcedente mane, vel 5^h 22^h 57' 30" T. æq. apud *Wansted*, *Venus* occidentalis distabat à *Jove* 1. 3' 28". Die autem 7. 17^h 21', *Venus* jam facta orientalis à *Jove* aberat 43' 18"; ac 17^h 34', *Venus* australior erat *Jove* differentiâ declinationum 14' 23". Et 17^h 39' capta est distantia Planetarum 44' 4". Hinc calculo accuratissimi Observatoris conjuncti sunt *Sept.* 7. 0^h 9' T. æq. *Veneris* centro tum *Jovis* australiore non nisi 1' 42".

Denique *Sept.* 18. mane, apud *Wansted*, *Jupiter* visus est prope *or Leonis*, quocum die præcedente conjunctus fuerat. *Sept.* 17. 16^h 51' T. æq. *Jovis* centrum aberat à *Cordè Leon.* 24' 22"; & 17^h 6' 20" erat diff. Declin. 12' 43". Dein post Horam, nempe 17^h 54', facta est distantia 24' 44"; ac 18^h 7' differentia Declinationum inventa est 12' 35". Hinc supputante *Dom. Pound*, fit *Sept.* 17. 18^h 00' T. æq. *Jovis* locus s. 26 11' 7" cum Lat. Bor. 45' 39".

Observationes

Observationes Lunæ & Eclipsium.

Anno 1717. Jan. 12. *Westmonasterii* observavit Dom. *Stephanus Gray* Lunæ appulsam ad quatuor Stellæ contiguas sub cornu Austrino *Tauri*, apud quas observata est Luna Anno 1683. *Mart.* 23. Æ. v. ab *Hewelio* & *Flamstedio*. Itaque 9^h 45' T. app. Luna gibba visa est quasi conjuncta cum Stella è quatuor præcedente, quæ est *Tauri* 107. *Catal. Brit.* quæque tunc Australior erat Lunæ limbo Aust. sesquialtero minuto. 11^h 29' altera, quæ minor est, & ideo in Catalogo omiſſa, occultabatur paulo infra medium obscuri limbi. Ad 12^h 24' Tertia & clarior (110. *Tauri*) in ipsa fere conjunctione sex minutis distabat à limbo boreo. Denique 12^h 54' sequens è quatuor (111. *Tauri*) limbo Boreo superior erat 3' 30". Locus autem præcedentis, sive 107. *Tauri*, ex dicto Catalogo tunc erat *Gemini* 18. 12. Lat. Aust. 5. 18'; *Tauri* autem 110 habuit *Gem.* 19. 26' $\frac{1}{4}$ cum Lat. Aust. 4. 44': Sequens vero, sive 111 *Tauri*, erat in *Gem.* 19. 45'. Lat. Aust. 4. 48' $\frac{1}{2}$. Secunda parvula, ut ex aliis observationibus constat, Locum tunc habuit *Gem.* 19. 17'. Lat. 5. 5' ferè.

Eodem anno *Mart.* 16. mane, erat Eclipsis Lunæ partialis, apud nos ob cælum nubilum inconspicua. At apud *Cambridg Nov-Anglorum*, Dom. *Robie* Astronomie peritissimus vidit Eclipsæos initium circa horam nonam. Finem vero, juxta *Paludem Meotida*, ad 11^h 42' 30" sat accurate. Est autem *Cambridg* sub altitudine Poli 42. 25', *Londino* 71 grad. sive 4^h 44' occidentalior, ut ex pluribus antea observatis constat.

Dein *Sept.* 9. vesperi, in ædibus Societatis Regiæ *Londini*, observarunt nonnulli è Sociis finem Eclipsæos Lunaris 7^h 26'. Luna autem orta est juxta medium
Eclipsæos,

Eclipseos, nec nisi paulo ante finem è nubibus horizon-tem obsidentibus sese extricaverat.

Sept. 14. Vesperis, hac prima vice post longum intervallum rediit Luna ad occultandum *Pallidium*. Favet autem admodum cœlum *Londini* præter solitum purum, ita ut Luna & Stella exorientes in ipso quasi Horizonte simul conspicerentur. Incidit Immerito Stellæ $9^{\circ} 6' 20''$, Lunâ nondum 3° altâ, in ipso quasi medio Limbi orientalis, è regione scilicet Boreæ partis maculæ illius exiguæ quam *Hewelius* Stagnum *Meridis* vocat, quamque *Ricciolus* sui ipsius nomine insignivit. Emergit autem paulo infra medium limbi obscuri ad $9^{\text{h}} 58' 20''$, in ictu oculi tota sua claritate effulgens; unde etiam in tam illustri Stellâ quasi nullitas diametri demonstratur.

Septembris 23. vesperi, incidit Eclipsis Solis vix ullibi in *Europâ* conspicua. Ex *America* autem nostrâ duplicem obtinuimus ejus observationem; alteram ex literis illustris Viri D. *Keith* Provinciæ *Pensylvania* Præfæcti dignissimi, qui *Philadelphia*, sub altitudine Poli $40^{\circ} 00'$ fere, vidit Eclipsin jam cœptam (sed quæ ante minutum temporis nondum inceperat) ad $11^{\text{h}} 55'$. Circa medium Digni erant quasi decem. Finis autem visus est accurate ad $2^{\text{h}} 46' 35''$.

Altera autem hujus observatio habita est ad *Cambridge Novæ Angliæ* Academiam, à Dom. *Robie*, de quo supra: Initium Eclipseos ibi observatum est $0^{\text{h}} 23' 00''$ post meridiem. Ad $1^{\text{h}} 47'$ defecere IX Digni. Ad $3^{\text{h}} 5' 10''$ desinit Eclipsis, Sole integro per Tubum 24 pedum conspecto. Hæc ex literis accurati Observatoris communicavit cum Reg. Societate Reverendus Vir D. *Guil. Derham*, R.S.S. Ecclesiæ apud *Windsor* Canonicus, &c.

Dec. 5. Luna paulo supra *Pallidium* invecata est: Transitum autem satis arctum observavit D. *Jac. Bradley*, A.M. eruditus Juvenis, qui simul ingenio & industria pollens
his

his studiis promovendis aptissimus natus est, idemque Reverendi Dⁿⁱ *Pound* ex sorore nepos. Hic, cum Luna jam propemodum plena esset, Stellam contulit cum insigni illa Macula quam *Ricciolus Tychonem*, *Hewelius Sinam* appellat, & ex pluribus æqualibus distantiis Micrometro ante & post captis, Stellam dictæ maculæ centro proximam apparuisse conclusit ad $11^{\text{h}} 15' 8''$ T. æq. apud *Wansted*. Ad $11^{\text{h}} 15' 42''$ distabat Palilicium à limbo Lunæ proximo & Austrino $5' 55''$. Macula autem *Tycho* ab eodem limbo aberat $4' 16''$. Ad $11^{\text{h}} 18' 42''$ Stella erat in lineâ rectâ cum maculis *Tychonis* & *Copernici*, sive *Sina* & *Ætne*; & $11^{\text{h}} 25' 27''$ T. æq. erat in rectâ cum *Tychone* & *Keplero*. Inter hæc observata est Lunæ diameter $32' 45''$.

Anno 1718. Jan. 29. vesperi, DD. *Desaguliers* & *Gray*, *Westmonasterii* alteram *Palilicii* Occultationem præstolabant; sed nubium interventu impediti, viderunt saltem quod $5^{\text{h}} 52'$ nondum immerferat Stella; attenuatis autem postea nubibus conclusa est Emerfio ad $7^{\text{h}} 20'$, è regione Promontorii *Sarmatia Asiatica Hewelii*.

Feb. 19. manè. lidem observatores ibidem variè cum nubibus colluctati Eclipsin Solis ægre conspexerunt: Horâ tamen 6. 59' visi sunt deficere duo Digi, & post unum temporis minutum chorda inter Cuspides visa est æqualis femidiametro Solis.

Apud *Wansted* autem D. *Pound* notavit ad $6^{\text{h}} 54' 7''$ T. app. chordam inter Cuspides $18' 30''$. Ad $7^{\text{h}} 17' 00''$ erat $10' 18''$. Ad $7^{\text{h}} 19' 30''$ eadem inventa est $8' 05''$. Desiit autem Eclipsis ad $7^{\text{h}} 23' 20''$.

Feb. 25, vesperi, $6^{\text{h}} 44'$ T. app. *Westmonasterii*, Stella prima *Hyadum* in Naribus *Tauri* (γ *Bayero*) visa est in rectâ per cuspides Lunæ, adeoque propemodum conjuncta; distabat autem à limbo Lunæ Austr. $5' 51''$. Diameter Lunæ $31' 45''$ mensurata Micrometro.

Feb. 28. 8^h 36' T. app. etiam *Westmonasterii*, visa est Immerfio Stellæ in Poplite *Pollucis* (λ Geminorum *Bayero*) sub limbi *Luna* obscuri ea parte, quæ paulo Borealior erat macula quam *Hævelius Cretam* vocat. Emerfio ipsa ob cœlum minus purum non conspecta est: sed ad 9^h 51' egressa erat Stella è limbo lucido, à quo distabat 3 min. circiter, è regione Boreæ partis *Insulæ Majoris Caspii*.

Aug. 8. Luna orta est paulo infra *Palilicium*, cum quo tamen ob nubes conferri non potuit. Apud *Wansted* autem 13^h 2' 00" T. app. visa est *Præcedens* contiguarum ad σ *Tauri Bayero*, (sive *Penultima* in nostro *Hyadum* Catalogo, in Num^o 354. *Transact.* litera *q* notata) in linea recta per cuspides *Luna*, distans ab *Austrino* 4' 36". Ad 13^h 7' 25" Stella *p* ejusdem Catalogi emerfit paulo infra medium obscuri limbi. Ad 13^h 19' 4" emerfit *Sequens* contiguarum dictarum, tantum distans à *Cornu Austrino* quantum contiguæ illæ inter se, hoc est 7 min.

Aug. 29. *Vesperis*, Luna fere *Apogæa* passâ est deliquium totalem ac fere centralem: orta autem est *Eclipsi* jam cœptâ. Hujus observationes maximè luculentas *Regiæ Soc.* exhibuit toties laudatus *Rev. D. Pound*, eo ordine quo notatæ sunt, nempe

Observ.	Tempus apparens		<i>Eclipsi</i> <i>Lunæ</i> observata apud <i>Wansted</i> , 29. <i>Augusti</i> , 1718.		
	h	"		"	"
1	6	53 38	Chorda inter Cuspides	Micrometro	22 37
2		55 8	Eadem repetita	(mensurata	21 14
3		56 31	Repetita	_____	19 51
4		57 49	Iterum	_____	18 28
5		59 38	Denuo	_____	15 00

1710		T. appar.		Eclipsis Lunæ, Aug. 29. 1718.			
h	m	h	m			h	m
07	2	41		Immersio Totalis in Umbram ———		—	—
78	36	13		Stella clara in Catalogis omiffa occultata est à Luna, infra Paludem Mareotida Flevclii ———		10	2
88	48	18		Luna cæpit emergere ex Umbra ———		—	—
9	51	13		Terminus Umbræ per med. <i>Mareotidis</i> ; simul Chorda inter Cuspides		5	0
10	53	7		Chorda inter Cuspides ———		18	28
11	54	16		Eadem repetita ———		9	51
11	54	59		Iterum ———		21	14
13	56	18		Denuo ———		22	37
14	0	48		<i>Porphyrites</i> emerfit ex umbra.			
15	8	3		Mons <i>Sinai</i> incepit emergere.			
16	9	17		Umbra per medium <i>Sinæ</i> .			
17	10	6		Jam totus <i>Sinai</i> extra Umbram.			
18	11	20		Umbra per medium <i>Ætnæ</i> .			
19	17	23		per medium <i>Corficæ</i> .			
20	20	6		Per medium <i>Lacus Nigri majoris</i> .			
21	27	54		per medium <i>Besbici</i> .			
22	28	45		Emerfit Stella prædicta.			
23	32	34		<i>Byzantium</i> & <i>Horminius</i> simul emergunt.			
24	33	58		Stella eandem habuit Declinationem cum Cuspide Aust. & clipseos.			
25	43	28		Chorda inter Cuspides ———		18'	28"
26	47	2		Eadem. repetita ———		15	00
27	53	6		Defuisse videbatur Defectus.			

10^h 30', Capta est Lunæ diameter 29' 45". Collatis autem inter se Observationibus, ubi Chordæ partis deficientis æquales deprehensæ sunt, provenit Eclipseos medium.

Ex Observ.

Medium.

	h	'	"
Ex Observ. prima & decima tertia	7	54	58
Ex secunda & duodecima	7	55	3
Ex tertia & undecima	7	55	24
Ex quarta & decima	7	55	28
Ex quinta & nona	7	55	25
Ex sexta & octava	7	55	29
Quorum oranium Medium fit	7	55	18

Non minore cum curâ eandem Eclipsin, *Londini* in vico *Fleetstreet*, instrumentis & Telescopio optimo *D. Geo. Graham* Automatopœi præstantis, observavit *D. Martinus Folkes* Armig. cum aliis quibusdam Regiæ Societatis Sodalibus, ut sequitur,

h	'	"	
6	38	0	Luna per fumum Urbis & Vapores ægre visa.
6	54	13	Chorda inter Cuspides utcumque, 21' 27"
7	2	0	Immersio Totalis in umbram.
7	42	15	Stella fixa fatis clara distabat in limbo Lunæ orientali 19' 21".
8	35	18	Eadem fixa occultata est, 10' circiter minutis centro Lunæ Australior.
8	45	50	vel, ut quibusdam visum est, uno minuto tardius Luna cœpit emergere.
8	49	38	Palus <i>Mareotis</i> primo margine emerfit.
8	50	14	Integra Palus extra Umbram.
9	0	5	Montis <i>Porphyritidis</i> medium emerfit.
9	7	39	Primus margo <i>Sinae</i> emerfit.
9	9	8	Mons <i>Sinae</i> totus extra umbram.
9	10	35	Umbra per medium <i>Ætnæ</i> .
9	12	0	Totus mons <i>Ætnæ</i> extra umbram.
9	18	51	Umbra per medium <i>Lacus Nigri</i> majoris.
9	27	35	Insula <i>Besbicus</i> tota emerfit.

- 9 42 21 Chorda inter Cuspides 19' 9".
 9 51 25 Finis Eclipsæ ut quibusdam visum est.
 9 52 45 Finis ex præcedente distantia Cuspидum
 conclusa.
 9 56 45 Lunæ diameter 29' 45", iterumque 29' 48".

Erat autem Umbra admodum diluta, unde orta est difficultas in dijudicandis Emerfionis & Finis momentis: Atque Maculæ etiam obscuriores clarè conspectæ sunt, pluribus minutis antequam Umbræ marginem attingerent. Stella vero quæ durante Eclipsi occultata est, locum tunc habuit \times 17° 16' $\frac{1}{2}$ cum Lat. Aust. 1° 6' 30" proximè.

Recepimus etiam Observationes hujus Eclipsæ à Rev. D^{no} *Derham*, apud *Upminster* in agro *Essexiensi* habitas; à D^{no} *Wright* apud *Crew* in agro *Cestriensi*; & à D^{no} *Hawkins* apud *Wakefield* in *Eboracensi*, cum præmissis ubique fere consentientes, si adhibeantur meridianorum differentiarum: posito scilicet quod *Upminster* sit 1 $\frac{1}{2}$ min. *Londino* orientalius, *Crew* vero 10 min. & *Wakefield* 5 min. occidentaliora.

Denique Coronidis loco observationem adjiciamus, eximiam quidem, sui que generis, quod scimus, ab invento Telescopio primam; quamque indefessæ D. *Jac. Bradley* debemus diligentia. Quinto enim *Septembris* manè, Sole jam fere 30 gr. alto, vidit apud *Wansted* arctissimum Lunæ infra *Palilicium* transitum, cujus distantiam à limbo proximo, ad 7^h 59' 00" T.æq. Micrometro invenit 5' 38". Ad 8^h 17' 5" distabat à limbo 1' 25". Stella autem ad 8^h 33' 15" erat in linea recta per Lunæ Cuspides tum obtusiusculas, nec nisi 0' 13" distabat à Boreâ. 8^h 41' 00" jam Cuspидem illam reliquerat 3' 42". Et 8^h 45' 37" ab eadem distabat 5' 36". Lunæ diameter ad 8^h 58' capta est 31' 7".